 „ dos Santos Evangelhos, em que pu-
 „ zeraõ ſuas mãos, &c.

Prima quidem quaestio nulla dif-
 cussione indiget circa factum, quia
 certó, certius est Dominum Ferdi-
 nandum, inconsultis, imo renitenti-
 bus parentibus uxorem duxisse, erit
 ergo quaestio circa jus, an de jure
 valida fuerit dicta clausula, & an
 Dominus Ferdinandus, ea spreta,
 impuné matrimonium, renitentibus,
 parentibus contrahere potuerit.

Secunda quaestio circa jus nullam
 patitur difficultatem quia licité ap-
 poni potuit illa clausula ab institu-
 tore, ex iis, quos congerit *Molin. de*
primog. lib. 2. cap. 13. à n. 28. Pelaes
de maior. p. 1. q. 51. ex n. 1. Gratia
Forens. cap. 209. à n. 24. Escov. de
purit. sang. p. 1. quaest. 4. §. 7. Ni-
get. contro. 451. n. 5. Erit ergo
 quaestio circa factum, an Dominus
 Ferdinandus talem duxerit uxorem,
 ex cujus consortio familia sua noto-
 rium patiatur detrimentum.

Tertia, & quarta quaestio circa
 factum, ex ipso tranſactionis instru-
 mento, innotescunt: totus erit labor
 circa jus ex illis resultans.

Et antequam dictas quaestiones
 aggrediamur advertere oportet nul-
 lam circa habilitatnem Actoris per-
 sonæ controvertiam esse, quia non
 ambigitur Dominum Ferdinandum
 Actoris domini Antonii patrem, fuisse
 filium primogenitum Domini Di-
 daci de Castro Comitis do Baſto, ex
 legitimo matrimonio pro creatum;
 ad quem maioratus bonorum patri-
 monialium, absque contradictione
 deventurus esset, per obitum patris
 ex *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 1. ex ipsa*
institutione fol. 112. ibi: o varãõ li-
dimo mais velho, nisi illi objicerentur
 institutionis clausulae, quæ rem con-
 troversam faciunt, quippé non ad-
 mittunt illum successorem, qui in
 con-

consultis, & renitentibus parentibus uxorem duxerit, vel qui talem duxerit ex cuius conjunctione familia notorium patiatur detrimentum.

12 Videamus jam circa primam questionem, an pater Actoris, maioratu foret privandus, si viveret, ex eo, quia absque consensu patris sui, uxorem duxit Actoris matrem.

Et negativè respondendum videtur.

13 Quia verissima, & receptissima conclusio est rejici conditionem nubendi cum consensu alterius, & relictum deberi, etiam si matrimonium contrahatur sine dicto consensu *L. cum tale §. rescriptum, aliàs si arbitrato ff. cond. & dem. L. turpia §. 1. ff. leg. 1. Bart. Paul. Raphael fulgos, Dec. & Covar. relati per Manticam de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 18. n. 8. Cephal. conf. 133. n. 44. Menoch. conf. 322. n. 41. Guliel. in cap. Raynut. verbo, quicum alia 3. p. n. 89. Decian. qui communem dicit lib. 1. conf. 13. n. 10. & 16. Mencha contr. cap. 94. n. 14. Cancer. 3. var. cap. 7. à n. 270. Sanch. de matrimon. lib. 1. disp. 34. n. 19. Marescot. 1. var. cap. 73. Cesar. Barz. decis. 29. n. 10. Francisc. Moral. conf. 6. n. 21. vol. 2. Nat. conf. 355. Henr. de matr. lib. 12. cap. 6. n. 6. Mastril. decis. 233. ex n. 2. lib. 3. Fontan. de pact. nupt. claus. 6. glos. 3. p. 5. à principio Gam. decis. 314. n. 1. 2. et 3. Cab. 2. p. decis. 31. à n. 1. Molin. de just. tr. 2. disp. 614. n. 4. refert. quam plurimos Castil. lib. 5. contr. cap. 126. n. 3.*

14 Et procedit ista conclusio, non dum quando legatum factum est ex causa onerosa, sed etiam quando factum est ex causa lucrativa *Cost. in L. cum tale §. si arbitrato ampl. ult. n. 12. vers. sed vir Mench. d. cap. 94. n. 15. Marescot. d. loco n. 4. ubi dicit ita tenuisse Rotam.*

Procedit etiam quando prædicta 15 conditio apponitur, ne nubat sine consensu patris *Cost. d. lem. ult. n. 13. Cancer. d. cap. 7. n. 295. Fontan. de pact. tom. 2. claus. 6. gloss. 3. p. 5. à n. 13. Mastril. decis. 233. n. 5. & 10. p. 3. Molin. de just. tr. 2. disp. 207. n. 2. Gam. decis. 314. à n. 1. Castil. dicto cap. 126. n. 7. & 10. videndus etiam n. 4. & n. 7. ubi plures refert.*

Et in specie, quod maioratus institutor non possit institutioni eam 16 conditionem adjicere, ut successores teneantur matrimonium contrahere arbitrio parentum, tenent *Molin. de primog. lib. 21. cap. 13. n. 35. vers. in primo casu, Cabed. 2. p. decis. 31. n. 4. ubi respondet ad ea, quæ pro contraria parte objiciuntur. Pelæes de maior. p. 1. quest. 50. n. 4. licet n. 8. in fine contrariam teneat, quia sic expedire Reipublicæ putat prout asserit n. 7. in mea editione quem sequitur Flor. ad Gam. decis. 316. & 317. & alii, quos refferunt, & reprobant Fontan. d. loco, & Castil. cap. 126. n. 3. vers. ex his dilucide & n. 5. ubi resolutionem Pelæes, & sequacium, nec veram, nec juridicam, sed tam in stricta juris dispositione, quam in actu pratico rejiciendam dicit & idem n. 8.*

Nec obstat *L. Titia ff. de cond. & dem. §. 1. L. cum ita legatum vers. si Titio nupserit ff. eodem L. 1. Cod. instit. & subs. ubi habetur per privationem lucri posse restringi libertatem matrimonii Oldr. conf. 16. Barb. lib. 1. p. 4. n. 37. vers. & confirmatur Sol. ma. Sanch. d. disp. 33. n. 6. Pelæes d. p. 1. quest. 50. n. 4. Mantic. de conject. lib. 11. tit. 18. n. 1.*

18 Respondetur enim supra dicta procedere quando conditio apponitur ut nubat certis personis, vel ne nubat certis personis, quia tunc non impeditur libertas matrimonii, imò spe lucri invitatur ad illud *Sanch. disp.*

disp. 33. n. 6. *Cancer. d. cap. 7. n. 293.*
 & multis sequentibus. At verò quan-
 do non nominantur personæ certæ,
 non valet conditio, licet per illam
 non diminuatur patrimonium per-
 sonæ, cui adjicitur, probat d. §. *si*
arbitratu *Cost. d. ampl. ult. n. 12. Mo-*
lin. lib. 2. cap. 13. n. 36. Cancer d.
cap. 7. n. 295.

19 Nec etiam obstat, quod aliqui
 Doctores dicunt legem cum tale §.
si arbitratu, quo cavetur rejiciendam
 esse prædictam conditionem, pro-
 cedere in simplici conditione, non
 autem quando disponens ulterius
 processit, privando hæreditate, le-
 gato maioratu, eum, qui prædictæ
 conditioni non paruerit, quia sicut
 potuit non legare, & maioratum non
 instituisse, ita, si legavit, & maiora-
 tum instituit, & conditioni paritum:
 non sit, perinde haberi debet, ac si
 non legavisset, & maioratum non
 instituisset, *Palat. in repet. cap. not.*
3. §. 21. n. 4. Gutt. de matr. cap.
21. n. 14. cum quatuor sequenti-
bus Pelæes de maior. 1. p. quæst. 50.
n. 7. Flor. ad Gam. decis. 316. aliàs
317.

20 Respondetur enim hanc distin-
 ctionem improbari à *Castilb. d. cap.*
126. n. 6. vers. infertur Cost. d. §. si
arbitratu limit. 10. Cancer. d. cap. 7.
à n. 299. vers. est etiam circa præ-
dicta: & quidem meritò, aliàs enim
 esset in potestate testatoris, vel al-
 terius contrahentis, legem fraudare,
 multiplicando, & geminando
 verba; cum de voluntate testato-
 ris, etiam expressa, curandum non
 sit, quando ea legi resistit, quip-
 pe: lex est supra testatorem, non
 testator supra legem, *Castil. d. n. 6.*

22 Nec deinde obstat quod dicta re-
 gula procedit in ultimis voluntati-
 bus, non autem in contractibus, in
 quibus dicta conditio, tanquam
 turpis, & impossibilis, vitiat actum,

Pais III.

Cost. d. §. si arbitratu lin. 2. n. 3.
Molin. de just. desp. 285. in fine
Sanch. de matr. lib. 1. disp. 34. n.
Ægid. L. titiæ p. 1. n. 11. Plané
 conditio de qua agitur, fuit appo-
 sita in contractu, ut patet ex insti-
 tutione fol. 116.

Respondetur enim primò, quod 23
 licet aliqui Doctores fecerint præ-
 dictam distinctionem, nihilominus
 tamen comunis est opinio dictam
 regulam procedere etiam in contra-
 ctibus *Cancer. 3. var. cap. 7. n. 304.*
Cabed. 2. p. decis. 31. n. 5.

Respondetur etiam, illam doctri- 24
 nam procedere in veris, & pro-
 priis conditionibus, quæ actum sus-
 pendent, quales non sunt eæ, quæ
 in maioratum institutionibus adj-
 ciuntur, sunt enim potius modi,
 quàm conditiones: modus autem
 impossibilis de jure non vitiat con-
 tractum, sed ab ipso contractu re-
 jicitur *Galgan. de condit. p. 2. cap.*
3. quæst. 10. n. 1. Francis. Barry de
success. test. & intest. lib. 17. tit.
10. n. 10. Alexand. lib. 6. cons. 113.
n. 19.

Quod si aliter dicendum foret,
 quotidie plura primogenia subver-
 terentur, quæ sub conditionibus
 impossibilibus de jure, vel de facto
 institui solent, tradit *Molin. de pri-*
mog. lib. 2. cap. 12. n. 41. videndus
à n. 36. ubi n. 42. Securè resoluit
 dictas conditiones in distinctè reji-
 ciendas, sive in contractu, sive in
 ultima voluntate primogenia insti-
 tuta sint.

Nec tandem obstat illud quod 25
 dicitur, in institutione nullum ver-
 bum reperiri, quod respectu filio-
 rum inducat arbitrium, vel consen-
 sum, sed tantum licentiam, & con-
 cilium. Quod quidem si verum es-
 set, & Ferdinandus solum adstui-
 geretur ad concilium petendum, &
 illud non peteret, pro vel dubio

M

non

non esset admittendus ad maiora-
tum: non enim conditio petendi
concilium est impeditiva matrimo-
nij, quippe petens concilium, il-
lud non tenetur sequi, refert mul-
tos additio ad *Molin. lib. 2. cap. 13.*
sub n. 45. vers. in 2. casu, plurimos
Castilb. d. cap. 126. n. 14.

- 26 Respondetur enim quod licet ad-
ditio dicto loco *versic. ceterum ex*
P. Basilio lib. 2. de matr. cap. 6. n.
6. teneat, sustineri conditionem si
de licentia patris nubat, id quidem
procedit si simpliciter institutor lo-
quatur de ea licentia, quam petens
non teneatur sequi. At verò in pro-
posita specie, tam ex verbis ante-
cedentibus, quam ex sequentibus,
colligitur testatoris mentem fuisse,
ut non sufficeret petere licentiam,
& concilium, sed requiri, quod il-
lud sequatur. Patet primò ex ante-
cedentibus ibi (naõ succederã nef-
te morgado mulher alguma que
errar em seu corpo, ou cazar sem
consentimento de seu Pay, e Mãy,
ou Ayõs debaxo de cuja adminis-
tração estiver, e cazando a filha,
ou ainda que seja filho varaõ a
que este morgado ouver de vir,
sem licença de seu Pay, ou de sua
Mãy, lhe possaõ tirar a adminis-
tração) Unde inciviliter dicitur
ex parte Reæ, verba illa (sem con-
sentimento.) posita fuisse obiter, &
(acaso) & de illis curandum non
esse, cum in qualibet dispositione
27 nulla syllaba debeat esse otiosa, &
sine virtute, & affectu aliquid ope-
randi *Ægid. L. ex hoc jure p. 1.*
cap. 8. n. 2. & claus. 4. n. 4. &
in init. L. 1. n. 7. C. Sacr. eccles.
Cald. de nom. quæst. 22. n. 33. Brit.
ad cap. potuit §. 2. n. 43. ad med. &
ad cap. propter §. verum n. 9. ad fin.
de loca. Phæb. decis. 31. n. 9. & de-
cis. 151. n. 4. & 5. & 6. & 7. & 8.
Petet secundò ex verbis sequen-

tibus ibi (em nenhum caso poderã
„ o filho, nem a filha, posto que
„ maior de vinte, e cinco annos, ca-
„ zar sem as ditas licenças, e con-
„ selhos.) Verum enim verò satis ex
illis deducitur non fuisse contentum
institutorem sola licentiæ, & conci-
lij petitione, sed desideravisse quod
cum effectu obtineretur; & quod
petens, illud sequi teneretur, quo
casu rejici conditionem nubendi de
concilio, tanquam impeditivam ma-
trimonij, tradit dicta additio ad
Molin. d. loco n 38. ibi. in casibus in
quibus non satis est petere conci-
lium, sed illud sequi, rejicitur con-
ditio, tanquam verè impeditiva ma-
trimonij, prout conditio petendi
concilium pro culdubio rejicitur,
quod jam antea prædixerat P. Mo-
lin. de just. tr. 2. disp. 614. n. 4. in
fine ibi. Quando autem conditio ef-
set, ut non solum concilium pete-
retur, sed etiam ut justa illud ce-
lebretur matrimonium, invalida ef-
set conditio, quia jam esset condi-
tio alterius arbitrio illud celebrandi.

Manet igitur desiderium Actoris 28
non periclitari ex dicto matrimo-
nio contracto absque parentum con-
sensu: maximè si consideretur il-
lam clausulam moderatam fuisse per
aliam subsequenter, per quam ins-
titutor disposuit dictæ penæ priva-
tionis maioratus locum non fore si
successor illius se matrimonio copu-
lavisset æque benè, ac paren-
tes, illius eum copulare potuissent,
ut patet ex institutione fol. 117.
Quam quidem clausulam institutor
adjecit ut se conformaret cum juris
dispositione, qua attentata, statuta
prohibentia ne filij, vel filia ma-
trimonium contrahant sine patris
consensu, limitantur, nisi nupse-
rint personæ dignæ tradit *Fontan.*
de pact. nupt. claus. 6. Gloss. 3. p. 5.
ex n. 50. ubi multos casos refert in

Senatu Cathalonix decifos, noſtro
feré fimiles.

29 Plané ex teſtibus conſtat Domi-
num Ferdinandum, Actoris patrem,
parem duxiſſe uxorem, & talem
qualem á parentibus accipere po-
tuiſſet, quippe originem ducit ab
illuſtriſſimis hujus Regni familiis,
Mellos, Sylvas, Coutinhos, Noro-
nhas, Mouras, Caſteis blancos, Li-
mas, Menezes, Caſtros, Cunhas,
Saas, Azevedos, & alios hujusce
farinx.

30 Nec obſtat quod bonum non di-
citur niſi ex integra cauſa juxta phi-
loſophicum axioma in ſpecie *Eſcov.*
de pur. ſang. p. 1. quaſt. 4. §. 2. n.
39. & 40. Plané mater Actoris ori-
ginem ducit ab Eduardo Brandaõ,
qui ab aliquibus neophitus fuiſſet
dicitur. Unde cum pater Ferdinan-
di eum matrimonio jungere potuiſ-
ſet, nec macula ſanguinis hebræi
fuiſſet infecta, non recté dicitur
Ferdinandum talem accepiffe, qua-
lem á patre accipere poſſet. Præci-
pué ſi advertamus Laurentium ſe-
cundo genitum, matrimonio col-
locatum fuiſſe á patre cum filia
Ducis Averij, undequaue illuſ-
triſſima, quam, nec levis rumor
tangit quod ab hebræo ſanguine di-
rivetur.

31 Reſpondetur nanque veriſſimum
quidem eſſe non recté dici Ferdi-
nandum talem duxiſſe, qualem á
patre poſſet accipere, ſi liquido
conſtaret Eduardum, uxoris, tri-
tavum ex ſanguine hebræorum fuiſ-
ſe, etenim ex hujusmodi matrimo-
nio cum deſcendentibus Judæorum,
denigratur tata familia illius, qui
eſt ſanguinis clari, & mundi *Font-
anel de pact. nupt. clauſ. 5. Gloſſ. 1.*
p. 1. n. 103. ubi refert ſimilem in-
dignitatem conſideratam fuiſſe per
Senatum Siciliæ apud *Maſtril. de-
ciſ. 163. n. 24.* & in hoc Regno eam
Pars III.

conſiderarunt teſtes Reæ ad articu-
lum 38. ſuæ contrarietatis, dum in-
quiunt nullam maiorem dari macu-
lam in familiis nobilibus, quia il-
lius proſapix homines ad dignita-
tes, & honores non admittuntur,
ab omnibus vili æſtimantur, & pro
multum abjectis habentur, verba
ſunt Fontanelæ dicto loco.

Verum de eo non ſatis conſtat, 32
ut patebit ex iis, quæ dicemus cir-
ca ſecundam clauſulam: & cum il-
luſtriſſimi, & fide digniſſimi teſtes,
quibus magis quàm iudicibus incum-
bit conſiderare qualitates patris, et
matris Actoris (compensando for-
taſſis nobilitatem cum nobilitate, et
defectum cum defectu, ſi forte hinc
inde daretur, quod non crederem)
affirmant dictum matrimonium in-
ter æquales contractum fuiſſe, et
æquæ bonam uxorem Ferdinandum
ſuſcepiffe, ac á patre accipere poſ-
ſet, non auderem in contrariam ſen-
tentiam ire propter dicta paucio-
rum, et ſuſceptorum, quibus non
æqua fides debet adhiberi.

Nec turbat illud quod obijcitur 33
Dominum Didacum de Caſtro po-
tuiſſe matrimonio jungere patrem
Actoris cum filia Ducis Averij,
prout junxit filium ſecundo geni-
tum. Quia reſpondetur ad dijudi-
candum an pater Actoris æquæ bo-
nam uxorem duxiſſet, ac á patre
accipere poterat, non eſſe ſpectan-
dum ultimum tempus vitæ Domini
Dedaci de Caſtro, quo fuit Guber-
nator, et Vice-Rey hujus Regni,
et filium ſecundo genitum copula-
vit cum filia Ducis Averij; ſed ſpe-
ctandam eſſe ſimplicem qualitatem,
et conditionem dicti Didaci, abſ-
que qualitatibus extrinſecis, meri-
tis perſonalibus, et induſtria pro-
pria acquiſitis, de quibus inſtitu-
tores minimè cogitaverunt, ut po-
té ignoratis. Plané ſi metiantur ab æ
M 2 nuptiis

nuptiæ à dicto Didaco sollicitatæ cum patre Rex, videtur posse dici æque se benè copulavisse patrem Actoris, ac Didacus copulavit filiam suam matrem Rex, et per consequens, ac Actoris pater à Didaco copulari potuisset: ergo non corrumpit Actoris intentio ex hoc capite videamus an corrumpat ex aliis.

Circa secundam questionem.

34 Superest videndum an Dominus Ferdinandus tam ignominiosam duxerit uxorem, ut de decori sit tam ipsi, quam patri, mulierem talem habere, prout inquit *text. in L. 3. §. si emancipatus ff. bon. poss. contracta*, an talem duxerit uxorem ex qua sua familia notorium patiatur detrimentum.

Et quidem pro comperto est, idque satis agnoscunt Actor, et testes hinc inde producti, Dominam Catharinam, quam Dominus Ferdinandus sibi associavit, esse trineptem Eduardi Brandaõ, utpoteque filia erat Domine Margaritæ filie Magdalene, filie, Joannis primogeniti dicti Eduardi.

35 Pro comperto etiam est apud testes utriusque partis notorium detrimentum passam fuisse familiam institutoris, si verum, & notorium est illud, quod Catherinæ objicitur, de defectu natalium dicti Eduardi; quippe nullum in hoc regno majus dedecus considerari potest in familiis illustribus, quam si originem aliqua ex parte duxerunt ex sanguine hebræorum; ut pote quia ab illis descendentes, secundum leges municipales, ab honoribus, & dignitatibus arcentur, & generatio eorum vilis est, & abjecta, quo ad vulgi opinionem, ex iis quæ *Silva respons. 12. à n. 35. Septiman. de Cathol. inst. cap. 46. n. 21. tradunt in specie Meuo præsumpt. 189. claus.*

5. *Gloss. 1. p. 1. ex n. 93. Pelæes de maior. quest. 51. a n. 22. 29. & 30.*

Restat igitur investigandum, an dictus Eduardus ne ophitus fuisset, vel soltem ex sanguine hebræorum.

Et pro parte affirmativa, sequentia objiciuntur documenta.

Primò objicitur diploma illud regium, quod habetur in archivo regio, vigore cujus concessum fuit Eduardo ne bona illius possent confiscari. Plane compositionem faciens super delicto videtur illud confiteri *Farin. in prax. crimin. quest. 18. a n. 18.*

Secundò objicitur fama, & publica vox secundum quam Eduardus hebræus reputatur, ex qua fama impuritas sanguinis probatur *Escov. de puritat sang. p. 1. quest. 10. §. 2. n. 18. & §. 4. Valencuel. conf. 92. ex n. 163. Lara de Cappell. lib. 2. cap. 4. n. 14. & 15.*

Tertiò objicitur quod nullus ab eo descendens proponitur ad Episcopatus ordinem promotus, nec ad Deputatum, vel Inquisitorem hereticæ pravitatis, nec ad alterum ex Collegiis Conimbricensibus Divi Pauli, & Petri, ad quæ soli puri sanguine admittuntur *Escov. de pur. sang. p. 1. quest. 2. à principio.*

Quartò, & principaliter objiciuntur dispensationes, quas consanguineos Actoris Petrum, Avium, & Ferdinandum impetravisse dicunt à Summo Pontifice, ut habitum ordinum militarium Domini nostri Jesus Christi, & Divi Jacobi assumere possent; ex quibus satis resultare dicitur notorium *C. vestra ubi Gloss. verbo notorium de cohob. cler. cum vulgdr.* Maximè inspecta epistola regia, & certitudine, quæ dicitur scripta per defunctum Comitem do Vimioso.

Quintò objiciuntur dicta aliquorum testium, qui Eduardum Hebræum fuisse credunt, ac proinde aiunt

aiunt familiam institutoris passam fuisse notorium detrimentum.

His tamen non obstantibus magis putarem Eduardum hæbræi sanguinis macula non fuisse respersum.

41 Primò, ex ipsomet diplomate, quod in regio archivo habetur, quod potius contra Reum retorquetur, quia in eo non reperitur venia confiscationis ob crimen læsæ magestatis divinæ, quasi certus esset Eduardus illud crimem ab eo non fuisset perpetratum, nec perpetrandum fore: imo exceptum videtur, dum in eo diplomate excepit Rex concedens crimen læsæ Magestatis humanæ, à quo, ad divinam valet argumentum, quia arguitur à maiori ad majus *L. manichæos Cod. hæret. C. Vergentis in fine eodem tit. Roland. cons. 73. n. 16. lib. 3. Sanch. Decalog. lib. 2. cap. 28. n. 5.* solum que sibi consuluit Eduardus respectu confiscationis ob alia crimina, de quibus in ordinationibus *lib. 2. tit. 26. §. 22. & 30. & tit. 36. & lib. 5. tit. 128. & multis aliis in locis.*

42 Secundò facit pro Eduardo, quia fuit à Consiliis Regum Joannis, et Emmanuelis donatarius Oppidorum de Buarcos, et foz do Mondego, das Marinhas de Tavarede, da dizima nova de Montemor o Velho, da Liziria chamada da Corte dos Cavallos Provisor Cappellarum Regis Alphonfi quarti cui dignitati annexa erant Oppida Viana de Alvito, e Alverca, patet ex certitudinibus, ad quas quidem dignitates non est credibile, eum promovendum fore, si hæbræus fuisset vel ab hæbræis originem traheret, probat *Valencuela cons. 90. n. 138. Escov. de puritat. sang. p. 2. quest. 4. articul. 2. ubi citat Rotam apud Farin. dec. 71. n. 4. p. 1. & dec. 511. n. 3. & dec. 575. n. 1. & 4. p. 2. in posthumis.*

43 Tertidò facit quia illustres, et

Regni proceres Eduardi filias sibi matrimonio junxerunt, sicut et Eduardi filij uxores duxerunt illustrissimas, ut testantur nobliarij fide digni, et præcipuè certitudo, ex archivo regio extracta, et plures testes ad articulum 45. et sequenti replicæ, et non est par credere tot illustrissimos illius sæculi viros, cum Eduardi liberis conjunctionem facturos, si ille hæbreo sanguine fuisset contaminatus, cum matrimonia, ut plurimum, contrahantur inter æquales, juxta illud Solonis, (par pari jugato conjux, quod impar est, dissidet) exornat *Tir. l. 5. consub. n. 17.* et nulla maior considerari potest inæqualitas, quam ea, quæ contrahitur ex sanguine hæbræorum, ut infra dicetur.

44 Quartò quia probatur evidenter multos descendentes ab Eduardo habitum ordinum militarium absque dispensatione suscepisse ex fol. 157. 179. et 181. et sententiæ latæ super habilitatione illorum profunt aliis consanguinis *L. si quis liberos Cod. nat. lib. Lara. de Cappel. lib. 2. cap. 4. n. 17. Valencuel. cons. 92. ex n. 61. Castil. lib. 5. contr. cap. 123. Escov. de puritat. sang. p. 1. quest. 13. §. 1. n. 19. & 2. p. quest. 4. articul. 2.* ubi loquitur de tribus actibus positivis sicut et ipsemet Actor supremam dignitatem in Sede Cathedrali hujus almæ urbis, in dispensatus adeptus fuit probat testis optimus fol. 309. et alij.

45 Quintò, quia constat Eduardi descendentes ad maximas hujus Regni dignitates evectos fuisse, quin illis obstiterit rumor ille quod Eduardus hæbræus fuerat: Rederius enim da Sylva fuit à consiliis in negotiis status, præfectus maximus regalis patrimonij, æconomus maximus, et assistens lateri Principissæ Margaritæ in regimine Regni. Petrus da Syl-

va fuit Vice-Rex Indiæ Orientalis. Martinus Alphonsus de Mello frater Catherinæ, fuit Gubernator Regni Algarbiorum, semel, et iterum præfectus maximus confinium tanstaganorum, præfectus Arcis, et Civitatis Elventis, et nunc creatus Comes Divi Laurentij. Planæ prædictæ dignitates non solent concedi, nisi sublimibus personis, et sanguinis puritate præditis, quæ ex illis satis elicitur, ac probatur ut per multas decisiones judicavit *Rota apud Farin. decis. 494. n. 7. p. 1. in posthum. & p. 2. decis. 355. n. 4. & aliis in locis, quos refert. Escov. d. 2. p. quest. 4. arcicul. 2. n. 3.*

46 Sexto facit, quia licet multi teneant Eduardum fuisse Lusitanum, alij contendunt illum fuisse natione Anglum. Quod quidem suadetur ex certitudine, ubi habetur fuisse equitem da Garrotea ad quam militiam maximi Angliæ proceres tantummodo admittebantur, et ex testibus, qui inquirunt ab eo originem trahere illustres duces de suffolch suadetur etiam ex eo quia Lusitanus Rex eum condecoravit privilegio incolarum, et civium hujus regni, ut videre est ex charta Regia. Quod minimè fecisset, si ille Lusitanus foret: ut mirum sit duo notabilia Regna de Eduardi stirpe certavisse, prout septem urbes certant de stirpe Homeri, *Smirna, Rhodos, Colophon, Salamin, Jos, Argos, Athenæ.*

47 Septimò facit certitudo extracta ex libro Damiani de Goes, fide dignissimi nobiliarij, in archivo regio reconditio qui Eduardum appellat equitem valde honoratum, quin eum aliqua macula affectum esse dicat, prout de multis familiis dicere solet. Planè libris antiquis historialibus, maximè iis, qui sunt reconditi in archivo regio, plena fides

adhibetur, et ex illis probatur sanguinis puritas *Ocalor. de nobilitat. 1. p. 3. cap. 7. n. 17. Valenc. cons. 90. n. 136. Garc. de nobil. Gloss. 4. n. 33. & Gloss. 18. n. 10.*

Octavo, quia quam plures testes 48 affirmant se legisse in liberis antiquis manu scriptis, fide dignis, qui de Genealogia scripserunt, dictum Eduardum nulla macula hebræi sanguinis fuisse respesum, quinimò fuisse filium nobilis viri Roderici Barba, ex illustri familia dos Alardos, habitum ex muliere uxorata, ut videre est ex certitudinibus fol. 186. usque ad 193. Comitum da Tarouca, et Castanheira, Marchionis de Montalvaõ, Archiepiscopi D. Roderici à Cunha, et cæterorum gravissimorum, quorum aliqui attestantur Regem Joannem tertium, et Rectorem justitiæ Joannem Sylvium, solere dicere, Eduardum non esse descendentem ab hebræis: alij non figunt pedes, et inquirunt varios in varias opiniones circa qualitatem Eduardi abiisse inter quos fuit illustrissimus Marchio de Calcaes, et Comes da Torre, Viri integerrimi, maxima, autoritate pollentes, à Rea producti in testes. Et in hac perplexitate de qua attestantur illustres viri, qui à maioribus suis solent accuratè accipere certas notitias qualitatis virorum nobilium, quis audebit dicere familiam Castorum notorium detrimentum ex eo matrimonio passam fuisse? si varij varia tenent, quomodo potest dici notorium, cum notorium illud dicatur quod omnibus constare potest colore nullo ofuscatur, et probatione nulla indiget, ut palatium in urbe esse tradit ex aliis *Spregel* in suo Lexicon juris verbo notorium, refert. *Anton. Mar. Corac.* in tractatu de communi opinione *tit. 12. n. 3.*

49 Dicit aliquis cum *Lelio Mancino* dissertatione 4. cap. 13. n. 3. quod licet id, quod notorium est, ex parte rei nullam habere possit ambiguitatem, potest tamen eam habere ex parte iudicantis, qui arbitrari debet, an quasi notorium recipiendum sit; fateo equidem cum *Meno arb. casu 166. n. 7. Fusch. lit. N. conclus. 104. n. 6. & conclus. 107. n. 29. ad fin.* Sed quis arbitrabitur ex conjunctione cum trinepti Eduardi notorium dedecus familiae Castrorum provenisse, cum ex conjunctione ipsiusmet Eduardi, cum filia ipsiusmet Comitis do Basto (supponamus ita accedisse) nullum notorium dedecus familiae Castrorum oriretur. Negari nequit Eduardum fuisse praefectum maximum classium Serenissimi Regis Anglorum, fuisse equitem da Garrotea, quae insignia maximi Dynastae Regni Anglobritanni condecorari solent, fuisse à Consiliis Regum Joannis, et Emmanuelis donatarium oppidorum de Buarcos, e foz do Mondego, Provisorem Cappellarum Regis Alphonsi quarti cum jurisdictione in Oppidis de Vianna de Alvito, e Alverca, ut supra probatum manet: quis igitur arbitrabitur virum tot titulis ornatum, de quo tanta, et talia fama refert, quem Reges potentissimi Angliae, et Galliae hospitem in mensa habere, non fuerunt de dignati, adeò imparis fuisse conditionis familiae Castrorum, ut ex illius conjugali societate, notorium detrimentum illa familia pateretur?

50 Quis ignorat maximum honoris, et splendoris ornamentum, quo fulcitur familia illustrium Comitum de Salinas, esse quod infesto Epiphaniae tenentur Reges Castellae cum Administratore Ducatus publicè epulari, ut refert nobiliarius Avo quod tamen rarò adimplent, quia

quem aequalem sibi publicè professi fuerint, in simul prandentes, non decet habere famulum, vel vassallum. Quomodo ergo detrimentum notorium provenire potest, etiam illustriori familiae hujus Regni, ex conjugali societate, quem dico maximi Reges Europae sibi publicè in mensa associari fecerunt, existimantes non aliam illius meritis condignam satisfactionem praestari potuisse, quam si cum sibi quodam modo parem facerent: si igitur in conjunctione ipsiusmet Eduardi nullum notorium dedecus considerari potuit prout certe illud non consideravit illius illustrissima uxor Margarita Beemend ex illustribus Angliae familiis sanguinem ducens, ut apertissimè probatur, quomodo dedecus ullum, et maximè notorium in familia Castrorum considerari poterit ex conjunctione illustris Catherinae, quae licet Eduardum habuerit tritavum habuit in super Patrem, Avôs, pro Avôs, Abavos, Atavos, Sylvas, Pereiras Mellos, Noronhas, et ceteros de quibus supra, ut apud omnes est in propatulo, et probant Actoris testes.

Quis asserere audebit familiam 51 Castrorum notorium detrimentum passuram fuisse, si filia dicti Comitis do Basto nupsisset Ruderico da Sylva, qui fuit a Consiliis in negotiis status, praefectus maximus regalis patrimonij, aconomus maximus, et assistens regimini Ducissae de Mantua, ut habetur in certitudine, vel Petro da Sylva, qui fuit Vice-Rex Indiae, vel Martino Alphonso de Mello praefecto maximo confinium transagranorum, et Civitatis Elvensis, et Algarbiorum Gubernatori, et Comiti Divi Laurentij? nullus sanè ni fallor. Quomodo ergo dici poterit filium dicti Comitis Ferdinandum

dum, qui uxorem duxit Catherinam Sororem d. cti Martini consobrinam d. cti Roderici, et Petri ex primaria hujus Regni nobilitate ulterius originem ducente, et maximis divitiis affluente, ut constat ex instrumento dotali imparem notorie duxisse, et cum dedecore suae familiae?

52 Vidimus illustrem Dominum Didacum de Castro totis viribus induavisse ut filius secundo genitus Laurentius duceret uxorem illustrissimam filiam Ducis Averij, existimantem ex ea suscepturum nepotes in augmentum, et splendorem familiae Castrorum: Attramen Deus Optimus Maximus, cujus occulta, et incomprehensibilia sunt judicia, disposuit ut Laurentius Catholonae decederet absque liberis, forsitan ut maioratus deveniret ad filium Ferdinandi primogeniti, prout praedixerat vir ille virtute, et sanctimonia plenus, divino quasi afflatus spiritu de quo meminit testis fol. 307. verso.

53 Non inficior documentis ex fol. 91. 95. et 99. repitis fol. 740. 751. et 759. verso aliquantulum nutatura fore supradicta, si mihi persuasum haberem, illas dispensationes, obtentas, et impetratas fuisse à viris in quarum favorem impetratae proponuntur, illis inquam scientibus, et consentientibus. Verum nihil tale concluditur ex actis, quia illae dispensationes videntur obtentae ignorantibus, Ario, et Petro, à Domino Georgio de Taide inimico patris eorum, qui in concilio hujus regni, quod temporis, Matrini (proh dolor) residebat, eorum nomine Pontifici Maximo supplicari fecit; colligitur ex epistola; et ex iis, quae habentur fol. 388. et 363. Non tamen constat quod Petrus, et Arius, illis dispensationibus usi fuissent

nec quod illas obtulissent in Tribunali Mensae Conscientiae, et verisimile est illis usos non fuisse, quia Rea non produxit transumpta illarum ex liberis Chancellariae ordinum militarium hujus regni (prout producta fuerunt illa documenta, quae habentur ex fol. 157. usque ad 172. sed ex liberis Chancellariae, qui sunt Romae ut ex illis videre est, et illis non obstantibus ad maiores dignitatum apices fuerunt evecti ut inquirunt testes, & constat ex certitudine fol. 395.

Illam autem prior dispensatio, quae à Ferdinando de Lima proponitur impetrata, minus nocet, quia sub tutoris potestate erat, minor annis, inscius, et imprudens praedicti, quod sibi ex in proveniebat, ut ajunt testes.

Comprobatur quae ex eo, quia 54 pater Ferdinandi indispensatus habitum obtinuit ut patet ex certitudine fol. 179. puritas quae sanguinis paterni probat puritatem filij *Rota apud Farin, in recent. p. 2. decis. 355. n. 2. & 4. & post lib. 2. consil. crimin. decis. 315. n. 5. & 8. Escov. de purit. sang. 1. p. quest. 17. n. 8. & instrumenta non faciunt rem notoriam quando contra illa aliquid, etiam coloratè opponitur. Melchior, Loter. quem refert. Lud. Postius de manut. observ. 42. n. 161.*

Epistola autem regia parum etiam concludit imò retroquetur contra Reum, quia Dominus Petrus de Castelbranco tandem indispensatus fuit, sicut et pater ejus Donus Antonius indispensatus habitum multo antea obtinuerat ut patet ex provisionibus, et attestatur Praeses Tribunalis Mensae Conscientiae, quem facta tulerunt, fol. 207.

Cum ergo in rei veritate non conf- 55 tet, Eduardum neophitum fuisse, non debet tali reputari facto admif-

ſo aliquorum ex ſuis deſcendenti-
bus, qui, diſpenſati, forſan igno-
rantes reperiuntur. Maximè cum
multò plures ab eo deſcendentes in
diſpenſati habitum militarium ſuſce-
piſſent, non obſtante contradic-
tione aliquibus facta, nempe Ferdi-
nandus de Lima, Phebus Munis,
Hieronymus Munis, Petrus Munis
Donus Petrus de Caſtelbranco, Do-
nus Antonius de Caſtelbranco, al-
ter Donus Petrus de Caſtelbranco,
Antonius Correa, Ludovicus Al-
phonſus à Mello, Martinus Al-
phonſus à Mello, fratres matris
Actoris, ut demonſtratur ex certi-
tudinibus.

- 56 Deinde reſponſetur, quod licet
aliqui deſcendentes ab Eduardo im-
petraverint diſpenſationem, quia
credebant ſe eſſe ex genere hebræo-
rum, nulla tamen proponitur diſ-
penſatio impetrata à fratribus Ca-
therinæ, nec à parentibus, avis, vel
proavis illius, quia forſitan pro cer-
to habuerunt Eduardum mundo fuiſ-
ſe ſanguine natum: & licet aliqui
conſanguinei tranſverſales Catheri-
næ non bono conſilio ducti, diſ-
penſationes obſtinaerint, non de-
bet illorum factum Actori, Catheri-
næ filio, nocere, quia non debet
alteri per alterum iniqua conditio
inferri *Utalora de notabil. 2. p. 3. cap.*
8. Palaes de maior. queſt. 4. illatio-
ne 2. n. 10. & 32. Eſcov. de purit. p.
2. queſt. 6. §. 4. n. 9. Rota apud. Fa-
rin. deciſ. 167. n. 16. p. 1.

- 58 Nec obſtetere ſi dicatur noto-
rium eſſe illud quod reſultat ex
actis *Meno. arb. caſu 166. n. 6. Bar-*
boſ. de pot. epiſ. p. 2. alleg. 39. n.
24. & de appel. verb. ſiq. appellatio-
ne 166. n. 3. ubi plures refert Fuſ-
ch. lit. N. concl. 107. n. 5. Plenè
in actis dantur instrumenta, & con-
feſſiones Summo Pontifici porrec-
tæ, quibus deſcendentes ab Eduar-

do ſe e ſanguine hebræorum origi-
nem ducere profitentur: ergo no-
torium eſt Eduardum ex eo ſangui-
ne originem ducere *Eſcov. de purit.*
ſang. p. 1. queſt. 9. §. 4. n. 3.

Reſpondetur enim, ultra ea, quæ 59
ſupra diximus, conſequentiam non
colligere vi formæ, quia poſſibile
eſt, quod Eduardus fuiſſet chriſtia-
nus veteranus, et quod aliqui ex ejus
deſcendentibus, malè informati, cre-
didiffent, illum ex hebræis fuiſſe,
unde illis ſolùm debuit nocere illa
confeſſio, non autem conſangui-
neis collateralibus, qui nunquam
tale quid agnoverunt, ex vulgari
regula quod res inter alios habita, 60
aliis non præjudicat, deciſum eſt in
ſpecie apud *Rotam deciſ. 1001. p.*
3. lib. 3. in recentioribus.

Secundò reſpondetur ex dictis
inſtrumentis ſolùm reſultare noto-
riam præſumptionem, quod illi deſ-
cendentes ab Eduardo impetrave-
runt diſpenſationem, non autem alij,
eis ignorantibus, non tamen inde
concluditur notorium eſſe, quod
Eduardus fuerit hebræus, vel deſ-
cendens à ſanguine hebræorum, quia
forſan decepti fuerunt, ducti fallo-
rumore, quem ab aliquibus acce-
perunt, maximè cum multò plures
ab Eduardo deſcendentes indisp-
ſati reperiuntur, qui eum in quaſi
poſſeſſione puritatis conſtituerunt.

Tertio reſpondetur dato citra ve- 61
ri præiudicium, quod Eduardus in
rei veritate ab hebræis originem tra-
heret, non ex in ſequitur ex matri-
monio Ferdinandi, & Catherinæ no-
torium detrimentum paſſam fuiſſe
familiam Caſtrorum, quia ad hoc
ut aliquod factum ſit notorium, re- 62
quiritur, quod illud lippis, & ton-
ſoribus innotefcat, ut inquit *Signo-*
rol. conſ. 222. n. 11. refert Fuſch. lit.
N. concl. 107. n. 28. requiritur ple-
na rei notitia inducens indubitatem,

& finitam probationem discussione non egentem, ut tenet *Barb. de pot. epis; p. 2. alleg. 39. n. 22. & de appel. verb. siq. appellatione 166. n. 2.* ubi plures refert *Gratian. decis. 150. ex n. 6.* requiritur probatio, quæ nullam habeat dubitationem *Meno. conf. 811. n. 88. & 89. Gratia decis. 70. n. 23.* requiritur quod ita inspectui populi sit clarum, & manifestum, surgens evidentia rei, ut nulla possit tergiversatione cæleri *Cap. Tua nos cap. ult. de cohob. cler. Gom. 3. var. cap. 1. n. 41. Clar. §. ult. quest. 9. n. 2. Petr. Greg. Syntag. lib. 48. cap. 10. n. 6. Meno arb. casu 166. n. 1.* requiritur quod omnibus confiter, colore nullo offuscetur, & probatione nulla indigeat, *Ant. Maria Coracius de com. opinione tit. 12. n. 23.* requiritur quod adeo evidens sit, ut latere minimè possit, & cuius testis sit populus ipse, *Meno. arb. casu 166. n. 1. & conf. 696. n. 2.* requiritur quod nullam in jure vel in facto recipiat difficultatem, *Corn. Contard. Capyc. Rota in pluribus decisionibus, quas refert Postius de manut. observ. 42. n. 157.* quæ omnia comprehendendi videntur in his versibus.

Quæ vel nemo negat, populo, vel teste probantur,

Vel se subjiciunt oculis, notoria dicuntur.

Refert *Barbos. voto decisu. canon. lib. 1. vot. 4. n. 87.* Plane non probatur ex hoc processu notum esse omnibus, familiam Castrorum notorium dedecus accepisse ex illo consortio; imò Actoris probatio longe superat probationem Reæ, quod nullum dedecus acceperit, ut videre est ex omnibus ferè Actoris testibus, & ex aliquibus ab ipsamet Rea productis, iis quæ illustrissimis, ut fol. 487. 485. 491. verso.

64 Quod si notorium accipiamus prout idem est, ac manifestum jux-

ta illud Angeli, qui dicit notorium, dicit quod notum est omnibus manifestum, quod notum est pluribus, refert *Fusch. lit. N. conclus. 104. n. 180.* quasi similitudo maioratus non requisiverit strictam notorietatem, sed quod manifestum fuisset pluribus illud dedecus: adhuc respondetur, nec per omnes, nec per plures testes de illo de decore confutare, quia testes Reæ, qui de eo deposuerunt, non sunt omni exceptione maiores, vel quia domestici, vel quia inimici, ut satis ostendit doctus Actoris patronus. Testes verò Reæ illustres, & fide digni non audent dicere familiam Castrorum absolutè detrimentum accepisse ex illa conjunctione, sed sub conditione, (quæ non probatur) si Eduardus hebræus fuit: an autem fuerit, vel non fuerit hebræus, non ausi fuerunt iudicium proferre, sed vel deponunt de rumore, qui falsitatem præ se fert, vel de perplexitate dicentes quod alii aiunt, alii negant. Et non est par credere institutorem maioratus stateram in manibus iudicum ponere voluisse, ut æquo libramine ponderarent qualitates contrahentis matrimonium cum successore, ad effectum, ut si trutina aliquantulum declinaret successor fore privandus maioratu, sed deservisse notorium, familiæ detrimentum, omnibus innotescens, quale foret, si Ferdinandus uxorem duxisset filiam mercatoris communiter reputati pro descendente ex sanguine hebræorum, ut egregie dixit illustrissimus Comes de Abrantes, à Rea productus in testem; non autem si duxisset sceminam illustrissimam descendente ex proceribus Regni, quæ pro ea parte, quæ increpatur descendit à viro cognomento mago, à Consiliis Regum, donatario multorum oppidorum, maximis titulis

titulis ornato, de quo dixit vir illuſtriſſimus Michael de Moura, Gubernator huius Regni, & Scriba à Secretis quod illum in patrem eligeret, ſi ei ad eo conceſſa fuiſſet facultas patrem eligendi.

65 Nec contrarium evinuent repetitæ declarationes factæ à Comite Domino Ferdinando, per quas ſtatuit patrem Actoris contraveniſſe institutioni ob matrimonium contractum cum matre Actoris.

Respondetur enim primò veré, & realiter dictum Comitem non fuiſſe inſtitutorem maioratus, ſed tantum conſenſiſſe oneri impositum in legitimis paternis, quæ vinculis ſubjiciebantur per parentes, maioratus inſtitutores, inſimul cum aliis bonis liberis, longé maioris æſtimationis, ut ipſemet Comes aſſeruit in institutione. Unde cum ſolum fuerit ſucceſſor, & adminiſtrator, non potuit alterare institutionem, nec illam declarare *L. cum filius famil. ff. test. mil. Molin. primo lib. 1. cap. 8. n. 21. Caſtil. contr. lib. 3. cap. 10. à n. 31. ubi citat Vall. conf. 27. n. 8. in fine, & Gam.*

66 Respondetur tandem, quod licet dictus Comes fuerit etiam inſtitutor, non potuit per ſe ſolus poſt emenſa ſexaginta annorum curricula, pervertere, & alterare institutionem, celebratam in contractu irrevocabili ex regula litis perfecta donatio *Cod. donat. Molin. primog. lib. 1. cap. 8. n. 37. verſ. ſi autem Gu-tierr. præct. lib. Caſtil. in quam lib. 3. cap. 10. à n. 7. Pelæes de maior. p. 1. quæſt. 44. n. 11.*

67 Accedit quod Catherina tempore ſponſaliorum communiter habita fuerat probatiſſimi, & nobiliſſimi generis, ſicut, & ejus frater, & cõſanguinei, qui tunc temporis ſublimes occupabant Regni dignitates, non niſi illuſtriſſimis concedi ſolitas, quæ com-

munis æſtimatio ſufficiens erat ut Ferdinandus, qui illuſtriſſimam ſe ducere probabiliter credebat, non eſſet privandus maioratus ſucceſſione, licet poſtea ex inſtrumentis diſpenſationum, e Romano archivo adductis, opera, & industria Doni Didaci de Caſtro, compertum fieret Catharinam ex genere Judæorum eſſe traduat *Molin. primo lib. 2. cap. 13. n. 29. Alter Molin. de juſtit. tr. 2. diſp. 614. n. 1. & 2. Eſcov. de ratiot. cap. 19. n. 46. Meno conf. 425. à n. 14. Pelæes de maior. p. 2. quæſt. 4. illatione 1. à n. 180. Sfort. de int. reſtit. p. 2. quæſt. 82. art. 6. Niger. tr. 2. contr. 289. à n. 23. & contr. 451. n. 97.*

Eo vel maximé, cum Princeps di- 68 cto matrimonio authoritatem ſuam interpoſuiſſet ut conſtat ex ejus epiſtola, fol. 435. junctæ altera fol. 47. *Ciria contr. 291. à n. 26.*

Cum igitur Rea illuſtriſſima non probet concludenter dictam notorietatem, prout illi incumbit probare, tanquam fundamentum intentionis ſuæ, *Pelæes de maior. p. 1. quæſt. 50. n. 121. Niger. contr. 266. n. 3. & contr. 289. n. 16. & contr. 451. à n. 29.* non eſt cur ex hoc capite corruat Actoris petitio. Videamus an debeat corruere ex aliis.

Circa tertiam quæſtionem de tranſactione; non multum imorari oportet, quia res eſt plana in favorem Actoris, ex duplici fundamento. Primò ex læſione enormiſſima. Secundò ex beneficio reſtitutionis minorum.

Quo ad læſionem enormiſſimam 69 patet, ſive ſequamur opinionem, quæ habet, quo ad hoc ut quis dicatur enormiſſimé læſus in tranſactione, & ei detur priſtina actio, annullata tranſactione, etiam habita conſideratione ad dubium litis eventum, ſufficit quod graviter fuerit

læsus in transactione, & ei detur pri-
 stina actio, annullata transactione,
 etiam habita consideratione ad du-
 bium litis eventum, sufficit quod
 graviter fuerit læsus int riplo, vel
 quadruplo, tradunt *Corn. Dec.*
Paris, Socin. Carv. Alexand. Gram.
Natt. Soares, Gabr. & alii, quos
 citat *Rol. conf. 28. n. 26. vol. 4. Pe-*
laes de maior. 4. p. quest. 22. ex
num. 16. in mea impressione Surd.
conf. 480. n. 13. & conf. 501. n. 10.
 & 11. *Molin. de primog. lib. 4. cap.*
9. à n. 36. Cald. verbo læsis n. 153.
 & 154. *Meno. conf. 439. à n. 29.*
Trenta 3. var. tit. de transact. resol.
1. à n. 1. Castel. contr. lib. 7. cap. 18.
à n. 84. Noguierol. allegatione 18. à
n. 58.

70 Sive sequamur alteram opinionem,
 quæ totum iudicis arbitrio commit-
 tit *Cald. verbo læsis n. 1. versic. sed*
verior Escov. de ratiot. comp. 6. à n.
10. Giurb. decis. 110. n. 4. Castel. d.
cap. 18. n. 91. in specie Fontanel. de
paçt. nupt. claus. 4. glos. 9. cap. 5. n.
206. (videndus à n. 199. ubi opti-
 mé hanc quæstionem per tractat, &
 refert *Bartholum, Gam. Ceval. Va-*
lasc. Oddo, Guter. Pinb. Mant. &
 alios quos recensere longum foret;
 & concludit illam opinionem, quæ
 ait enormissimé læso subveniendum
 esse adversus transactionem, com-
 muniorem esse, veriolem, æquiolem,
 & tutiolem) nemo enim si rem pru-
 denter consideraverit, non arbitra-
 bitur Actorem ex ea transactione
 enormissimé læsum fuisse, dum re-
 nuntiavit juri, & maioratui sibi com-
 petenti reddituum decem mille duca-
 torum singulis annis, (ut dicunt
 testes) pro 1000U teruntis quo-
 tannis accipiendis ex redditibus ejus-
 dem maioratus, ad se per mortem
 avi spectantis, nihil enim de suo
 dedit avus, nisi dum vixit, quia per
 mortem illius, maioratus ad Acto-

rem omnino spectabat; & nulla ma-
 ior læsio ex cogitari potest, quam
 renuntiare maioratui, pingui, Co-
 mendis, honoribus, & dignitatibus
 annexis domui de Baſto pro 1000U
 teruntis ab injusto possessore præ-
 tandis: maximé interveniente metu
 reverentiali, nepotum, erga avum,
 in suprema dignitate constitutus ter-
 ribilem, superciliosum, severum,
 qui novam litem minoribus circa
 alimenta afferebat in appendice G.
 ut illa reduceret ad minorem sum-
 mam, qui assiduis sollicitationibus
 transactionem petebat, ut patet ex
 epistolis filii Domini Michaelis *Mo-*
lin. d. cap. 9. n. 36. ad fin. ibi (ea que
 facilius in transactionibus minorum
 admitti solet) optimé *Mench. conf.*
412. n. 15. cum sequenti.

71 Quo ad restitutionem ex benefi-
 cio minoris patet, quia ex ipso ins-
 trumento transactionis fol. 526. vers.
 & ex certitudine fol. 24. Actorem
 tunc temporis non dum decimum
 quartum annum complevisse: Pla-
 nè, de jure, minori competit resti-
 tutio adversus transactionem *L. 1.*
& 2. Cod. si adv. transact. Meno. conf.
750. n. 12. Cald. verbo læsis n. 153.
vers. sed predictis, & n. 45. in fine
 ubi inquit minori maiorem repudi-
 anti succurrendum esse *Oddo de res-*
tit. p. 2. quest. 66. articul. 4. Quod
 procedit, licet non sit in possessione
 rei, quam dimittit, sufficit enim quod
 illam potuerit acquirere, & quod re-
 nuntiaverit juri quærendo, *L. non*
omnia ff. minor. Oddo de rest. p. 1.
quest. art. 11. in fine, & p. 2. quest.
85. art. 4. n. 30. vers. sed contrarium
Surd. conf. 501. n. 13.

72 Nec obstat quod minori non com-
 petit restitutio, quando læsio solum
 competit in dubio eventu, *L. de fi-*
deicomisso Cod. transact. Unde cum
 dubium esset an sententia super suc-
 cessione maioratus ferenda esset, non
 potest

potest Actor dici læsus in transacti-
one.

Respondetur enim dictam legem
de fideicomisso procedere quando
hinc inde datur æqualis incertitudo,
non autem quando jus minoris po-
tentius est, & transactio magis pen-
det ad damnum, quam ad lucrum.
*Oddo de rest. p. 1. quest. 4. artic. 5.
n. 30. & artic. 6. n. 41. & p. 2. quest.
66. artic. 4. n. 13. vers. ad tertium
Pin. lib. 2. Cod. resc. p. 2. cap. 1. n. 9.
Surd. cons. 313. n. 19.* Unde cum jus
Actoris multò melius esset, quia
Actor est filius primogeniti vocati
ad maioratum, non potest non dici
læsus, quia habebat intentionem ad
maioratum, fundatam in institutio-
ne, & in jure claro, quod non po-
terat elidi prætextu contraventionis
præcepto institutoris, ut suppono.

Nec obstat confirmatio transac-
tionis per Principem facta, cum
clausula ex certa scientia, motu pro-
prio, de plenitudine potestatis, &
cæteris.

Quia respondetur primo ex illa
multiplicatione clausularum præsu-
mi fraudem, *Gloss. in L. si quis sub
condit. ff. cond. inst. & ibi Paul. Pa-
ris, cons. 54. n. 39. lib. 1. Purpur.
cons. 152. n. 12. vers. 2.*

Respondetur secundo, Principis
authoritatem solum efficere ut valeat
transactio, quæ aliàs non valeret, *text.
in cap. 1. de transact.* hoc tamen non
obstante, omnia contra illam oppo-
ni possunt que contra transactiones
validas opponi poterant, *Alexa cons.
369. n. 6. & 7. Molin. de primog.
lib. 4. cap. 9. à n. 32. Meno. cons.
663. à n. 24. Pereg. de fideicomis.
art. 52. n. 89. Oddo de rest. quest. 22.
artic. 8. p. 1.*

Respondetur tandem dictum di-
ploma abrogatum esse per aliud ap-
pendicis fol. 3.

73 Nec etiam obstat decreti interpo-

sitio. Respondetur enim primò, nec
Curatoris auctoritatem impedire res-
cisionem, in qua datur læsio enor-
missima ut ex *Castr. Corneo, Capola,
Aleia, Rip. Cephal. Simonullo, &
aliis concludit Meno cons. 412. à n.
80. & lib. 2. præsumpt. 75. n. 33.
ad med. Grat. decis. 130. n. 20. & for.
cap. 233. n. 55. Rol. cons. 7. n. 89.
lib. 3.*

Respondetur secundo, decreti in-
terpositionem non impedire resti-
tutionem, nec alia remedia rescisso-
ria *L. si quidem Cod. præd. min. Oddo
de rest. p. 1. quest. 22. art. 9. ubi in-
finitos refert n. 54. Niger. contr. 303.
n. 89. lib. 2. Noguero. alleg. 18. ex
n. 45.*

Liquet ergo Actoris intentionem
non corruiere ex hoc tertio capite.
Videamus an corruat ex alio.

*Circa quartam questionem de ju-
ramento in transactione apposito.* 74

Circa hanc questionem minus est
immorandum, quia obtenta fuit à
Vicecollectore relatio juramenti, ad
effectum agendi & fuit in supplica
expressum, juratum fuisse de non
contraveniendo contractui, & de non
petenda relaxatione, & de ea non te-
nendo, ac proinde remansit in totum
elisa virtus juramenti; reditque res ad
pristinum statum, ac si juramentum
non fuisset appositum, tradit ex *Bart.
Castr. Alex. Jas Salic. & aliis. quos
refert Surd. cons. 165. n. 7. Gratian.
forens. cap. 824. n. 25. Vall. cons.
130. à n. 12. Socin. in fragm. lit. L.
n. 1299. Fontanel. de pact. claus. 7.
gloss. 2. p. 7. n. 21. Afflict. & ibi addit
decis. 220. à n. 10. Mantic. de tacit.
lib. 26. tit. 9. n. 34.*

Nec obstat authentica Sacramen- 75
ta puberum *Cod. si adv. vend. cum si-
milibus*, ubi habetur contractus ju-
ratos, gestos per minorem, non pos-
se

te rescindi beneficio restitutionis.

Respondetur enim non procedere in illis contractibus, in quibus intervenit dolus, prout in læsione enormissima *Lephal. conf. 207. à n. 59. Rolan. conf. 7. à n. 139. lib. 3. Surd. conf. 480. à n. 14. Meno. conf. 412. n. 50. & conf. 439. n. 39. & 44.* ubi plures refert *Barb. lib. 1. p. 5. à n. 52. solut. mat. Gam. decis. 257. n. 2. ad fin.* ubi ait ita sæpè Senatam censuisse *Vall. conf. 130. n. 24.* Et sanè meritò, non debet enim iuramentum esse vinculum iniquitatis, in specie *Rolan. conf. 7. n. 37. lib. 3.*

Liquet igitur nullo ex capite corrumpere Actoris intentionem.

76 Unde nihil jam mihi super est dicendum, nisi quod pro Actore iudicium meum proferrem, quippe firmiter credam, & nullatenus dubitem, Regna, Ducatus, Comitatus, maioratus, & omne datum optimum, de sursum esse; putemque displicuisse Deo optimo maximo tot consilia, tot clausulas, tot machinationes, quibus Dominus Didacus de Castro successionem domus suæ divertere studuit à linea Ferdinandi, quem Deus Primogenitum dedit; cum scire debuerit, quod nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborant, qui ædificant eam *Ulyssipone 1. Februarii 1641.*

Marchaõ.

77 Circa falsitatis articulos nihil immorandum putavi, quia epistolam Serenissimi Ducis Theodosii verissimam puto, non obstantibus iis, quæ pro parte contraria objiciuntur, quibus optimè satisfacit Rector da Magdalena; & idem aliis mihi est iudicium; præcipue cum illæ nullam mihi vim fuerint ad iudicandum pro Actore, quippe, illis etiam deficientibus, pro eo iudicarem, ex multis aliis documentis.

De vitio comisso circa restimo-

nium Chronistæ maioris nihil etiam curandum puto, tum quia non fuit comissum contra partem substantialem, tum quia non constat quod Actor illud comississet, & præsumptio quod factum fuerit ab eo in ejus utilitatem factum apparet, non est tanti facienda, ut causam amisisse dici possit, ahiàs enim facile esset uni ex collitigantibus victoriam reportare, vitando dicta testium in ea parte, quæ sibi magis nocet, quod quam sit à ratione alienum, quando nulla alia dantur inditia, nemo non videt ut supra.

Marchaõ.

Cogimur deliberare super intricato, & fastidioso processu tam ex larga illius scriptura, tam ex illius materia agitur, *num.* principaliter de acquirendo, vel amittendo honore, qui vitæ prævalet, ut eleganter *Escobar de puritate sanguinis 1. p. quæst. 1. §. 1.* quasi per totum infinita *n.* æstimatione honoris, ut inquit *Jure Consultus in L. infinita ff. regul. juris, & ideo in L. iste quidem ff. quod 89* metus causa dici maiorem esse metum infamiæ, metu mortis, & de hoc tota est nostra in hoc processu hæsitatio, ad cujus explanationem multæ veniunt tractandæ quæstiones, & ut facilius me possim explicare casum proponam ex quo jus oritur ex *Alfeno in L. explagis §. si melius ff. ad L. Aquil. qui sic se habet.*

80 Illustris Dominus Didacus à Castro, quem historiæ dicunt procedere ex illustrissima familia Castorum, qui in Hispania, ut iudices gubernabant antequam per Reges gubernaretur, is inquam Dominus Didacus volens hunc honorem in suis descenditibus conservare ut docet *text. in L. liberorum 22. §. præter hoc ff. verborum signif. ibi: idcirco filios, filias, ve concepimus, ut ex prole, eorum, earum ve diviturnitatis*

turnitatis memoriam in ævum relin-
quamus cum filio Ferdinando [maio-
ratum instituit, & ſucceſſores gra-
vavit, ne nubere abſque voluntate
patris, & matris, et ne viderentur
libertates liberæ matrimonij in to-
tum infringere adiecit, ut ſi nuba-
rent in augmentum honoris ve illius
conſervationem non perderent ma-
ioratum, & jus ad illum, & ultra
eum voluiſſet puritatem familiæ ſuæ
conſervare adiecit aliam clauſulam
ut ſucceſſor contra voluntatem pa-
rentum nuberet, & cum dedecere
famiæ ſuæ, et de dedecore perde-
rent maioratum conſtat ex institu-
tione fol. 104.

81 Succedit quidem Dominus Ferdi-
nandus pronepos inſtituentis, vi-
vente adhuc patre, & Avo ſuſce-
pit matrimonium Dominam Catheri-
nam contra eorum voluntatem,
qui adhuc eo vivente ſtatim de-
claraverunt Dominum Ferdinandum
amiſſiſſe jus ad maioratum, quo mor-
tuo indiſgratia patris ipſe dicens vo-
lens occurrere hæſitationibus tranſ-
egit eum nuru vidua, & nepotibus
orphanis adſiſtentibus, tutrice, &
curatore, qui omnes deſiſterunt,
& cum juramento deliſcentia Regis
ab omni jure quod ad ipſum maio-
ratum poterant habere, relinquen-
do eum liberum patruo ſuo domi-
no Laurentio Pires à Caſtro ſub
promiſſione duorum, & quingenta
millia ducatorum quotannis, quæ
Avus illis aſignavit in reſiduis ip-
ſius maioratus, quæ tranſactio fuit
per ſententiam judicata à Prætoro
Curiali.

82 Hæc eſt facti ſeries totius pro-
ceſſus, in quo ſuperior dominus
primò ibi dixit exhauriendo ju-
ris fontes nihil nobis relinquit di-
cendum, ſed aliquid pro juribus di-
cere non reculabo, ſicut ille qua-
tuor quæſtiones diſputandi, & in

calce circa falſitates oppoſitas brevi-
ter quid cenſeam dicam. Erit prima
quæſtio circa fundamentum actio-
nis propoſita.

Utrum ex illa tranſactione, quam 83
Dominus Didacus ꝑfecit cum vidua,
& nepotibus, orphanis, et minori-
bus, & jam per Prætoro Curialem
per ſententiam judicatam percluda-
tur via Actori ad agendum.

Secundo, ſuppoſito juramento 84
de licentia Regis in ipſa tranſactio-
ne ſit Actor præjurus intenrando
hanc actionem.

Tertiò, utrum inſtituens in tes- 85
tamento in ultima voluntate ut per
contractum inter vivos poſſit impo-
nere ſucceſſoribus conditiones ne
nubant abſque voluntate patris, &
perdant maioratum ſi nubant.

Quartò, & ultimò diſputabitur, 86
ſuppoſito quod maioratus inſtitu-
tor non impedivit matrimonium ab-
ſolute per conditionem poſitum, re-
linquenda ſucceſſori libertate ad
nubendum prohibendo ſolum nup-
tias cum dedecore, & denigratione
famiæ videatur, jus ad maioratum
amiſſiſſe Dominum Ferdinandum pa-
trem Actoris ex matrimonio contra-
cto cum Domina Catherina à Syl-
va inteligendo familiam Caſtorum
cum ille denigrari, & in hoc con-
ſiſtit tota præſens contentio & ſup-
poſito pro conſtanti quod Actor
eſt vere ſucceſſor hujus maioratus,
niſi obſtet matrimonium, ex parte
matris, tam quia nepos ex filio ma-
iori cum repreſentatione in forma
Ord. lib. 4. tit. 100. quàm ex inſti-
tutione, quæ admittit repreſenta-
tionem fol. 112. primò adverten-
dum eſt.

Quod tempore, quo Dominus 87
Didacus inſtituit maioratum de quo
agitur jam ille poſſidebat duos ma-
ioratus antiquos, alter inſtitu- 88
tus à Domina Brites de Vilhena uxo-

re Petri da Cunha ut videre ex nostra institutione fol. 207. ibi : Pri-
 „ meiramente declarou elle Dom
 „ Diogo que a senhora Dona Brites
 „ de Vilhena que tanta gloria ha-
 „ ja mulher que foy de Pedro da
 „ Cunha lhes fez doaçaõ de huma
 „ quinta que ella tinha entre Dou-
 „ ro , e Minho , que se chama a
 „ quinta dos Cains para que an-
 „ dasse por via de morgado (& paulo
 „ inferius ibi) a vendeo por licen-
 „ ça que ouve de El-Rey nosso Se-
 „ nhor , a Fernão Camello por cin-
 „ co mil cruzados que delle rece-
 „ beo , como se pòde ver por escre-
 „ tura de venda que fez nesta Ci-
 „ dade , aqual venda assim fez com
 „ proposito, e tençaõ, &c. (alter ma-
 „ ioratus , institutus fuit à Domina
 „ Margarita uxore Domini Joannis à
 „ Soufa, ut videre est ex ipsa institutio-
 „ ne fol. 207. ibi) e bem assim a pro-
 „ pia a este morgado a herdade da
 „ casa branca que està no termo
 „ desta Cidade de Evora que Do-
 „ na Margarida mulher que foy de
 „ Dom João de Soufa , que Deos ha-
 „ ja leixou a elle Dom Diogo com
 „ condiçaõ que andasse em morga-
 „ do , com condiçaõ, e em cargo de
 „ lhe dizerem duas Missas cada so-
 „ mana em o Mosteiro de São Fran-
 „ cisco desta Cidade huma ao Sab-
 „ bado, &c. Ex quo rectè sequitur
 „ de his duobus non posse dictum
 „ Dominum Didacum aliquid dispo-
 „ nere , neque eis posse aliquod im-
 „ ponere gravamen , quia pertinent
 „ Actori utpote filius ex filio maiori,
 „ quem Avus nullomodo potest gra-
 „ vare , sicut non honoratur ex text.
 „ in *L. sed sic §. 1. ff. legat. 2. L. unum
 „ ex familia §. si fund. ff. eodem L. ab
 „ eo Cod. fideicomiss. multos congerit,
 „ Phab. 2. p. decis. 105. n. 46.*

§ 5 Hoc supposito deveniendo ad su-
 pra positas quaestiones circa maio-

ratum institutum à Domino Didaco à Castro , Petit prima quaestio
 utrum transactio facta ab altero Do-
 mino Didaco à Castro cum vidua,
 & nepotibus in favorem filij secun-
 dò geniti excludat Actorem à pro-
 posita actione , in qua resolutive di-
 cendum puto non esse excluden-
 dum , quinimò rectè agere. Ratio
 est , quia ex testibus probatur fru-
 ctus maioratus valere quotannis de-
 cem millia ducatorum , & cum mi-
 nores , & vidua transigissent pro
 duobus millia , & quingenta ducatorum ,
 intervenit in transactione
 læsio inormissima , quæ contractum
 rescindit remedio *L. 2. Cod. rescin-
 dend. ved. Ord. lib. 4. tit. 13. ubi in
 §. 13. extendit illud remedium etiam
 ad transactiones Gom. 2. tom. cap.
 12. n. 22. Cov. variar. l. 2. cap.
 31. Valasc. 1. p. conf. 44. & de ju-
 re emph. quaest. 11. n. 2. Cov. prati-
 car. cap. 3. n. 8. versic. 13. idem
 de testamentis in rubrica 2. p. n.
 14. Valasc. conf. 112. ubi dicit
 quod remedium *L. 2. & Ord. dicto
 tit. 13. §. 5. licet duret in maio-
 ribus per quindecim annos , in mi-
 noribus durat quantum durat mi-
 noritas , quæ læsio licet sit in mo-
 dico datur eis restitutio in inte-
 grum ex defectu ætatis ibi per le-
 ges vel statuta omnia remedia ex-
 cludantur text. in *L. non omnia 45.
 ff. minoribus Valasc. 2. p. conf. 109.
 n. 10. idem conf. 112. à n. 2. & ver-
 ba in dicta *L. non omnia ibi : ab aliis
 circumventi ve sua facultate decep-
 ti , quod habuerunt a miserunt , aut
 quod acquirere emolumentum po-
 tuerunt , accedit quod si lex favet
 rusticos ut possint post litem con-
 testatam opponere exceptiones di-
 latorias ut ex speculative , & aliis
 tradit Menoch. lib. 2. de arbit. casu
 194. n. 63. quanto magis dicendum
 est in minoribus , et mulieribus vi-
 duis;****

89 dui, qui habent restitutionem.

Ultra supra dicta magis ostenditur dolus in transactione, quia sollicitata fuit ex parte Domini Didaci, ut ostenditur ex epistola filij Domini Michaelis fol. 346. qui etiam ignarus futuri eandem transactionem petebat, constat etiam ex epistola Domini Ferdinandi à Luiz à Castro ibi
 „ aperta tanto com este contrato de
 „ seus netos, e tem tal natureza que
 „ quer tudo a sua vontade ainda que
 „ rompa pelo que entende se deve à
 „ justiça delles, *ibi* não faço mais que
 „ renovar a condição de Dom Diogo,
 „ & ex alia epistola Domini Roderici à Cunha Archiepiscopi Ulyssiponenfis fol. 873. *ibi* a justiça de meu
 „ afilhado Dom Diogo (agit non de patre Actoris) e conforme a ella
 „ nunca lhe pode tirar o que foy
 „ de seu pay, e Aòs, toda via conheço a natureza desta gente, e
 „ como são teimosos, e tenazes no
 „ que lhes encontra os seus respetos, et inferius não reparando na
 „ pouca justiça que tem torcendo
 „ tudo para fazet de sua parte com
 „ o muito poder que tem, & inferius *ibi* para depois que cessar a furia lho
 „ pedir, & inferius, o muito poder
 „ de Dom Diogo, e a maldade de sua
 „ condição altera fol. 874. verso *ibi*
 „ no que toca aos contratos de Dom
 „ Diogo, & inferius o muito poder
 „ de Dom Diogo, e sua terrivel condição, e os males que podera fazer
 „ a elles senhores se pode vir no contrato por remir a vexação ficando
 „ com a tenção à muita justiça do
 „ meu afilhado; alia epistola Henrici
 „ Correa fol. 877. *ibi* e pois elle quer
 „ usar do seu poder com estes innocentes não admitindo razoens, &
 „ inferius, porque a natureza deste
 „ fidalgo, não he de natureza que
 „ se dobre, e fique sem vingança, alia Prioris do Espinheiro fol. 883.

Pars III.

ibi: publicada a paulina que ninguem o queria fazer, como falão em coula de graõ senhor, & inferius *ibi* para ver se pôde enganar a parvos, e lizongeiros, ex quibus quidem epistolis bene potest considerari metus reverentialis propter evitandas maiores vexationes, quas conditione rigurosa Avi sperabant, aut timebant propter consilia epistolarum; quia negari non potest Avum Dominum Didacum inimicum esse nepotum, et nunc cum quibus habebat lites jam motas, ut ostenditur ex apperidicibus, et inimicitia ex litibus oritur *text. in L. propter litem ff. excusat tutorum cum allis de quibus per Gramat. cons. 46. n. 4. decisio neapolit. 33. n. 56. cum traditis per Bald. in ath. admonendi 9. col. n. 8. ff. jure jurand. Escob. de puritate sanguinis quest. 12. §. 1. de inimicis n. 12.* Et in tantum maior erit inimicitia, quanto causa illis fuerit maior, et si fuerit super maiori parte bonorum, erit inimicitia capitalis ex *Ord. lib. 3. tit. 56. §. 7.* & cum contentio erat super maiori parte, quis negabit dictum Dominum Didacum esse inimicum capitalem, et nurus, & nepotum; hic potest adaptari illud senecæ dictum (*inicus non querit quid dicat sed quomodo dicat*) & illud, (*dolus an virtus quis in hoste requirit*) maximè quando ostenditur læsionem esse inormissimam, in qua semper inest dolus ex *text. in L. si perfito Cod. dolo*, quare constanter teneo Actorem non carere actione, & recte agere erat non minor ut patet, non dum habens decimum quartum annum, quare restituendus est tam ex damno illato, quam ex dolo, et inimicitia decipientis.

Quo ad secundam questionem 90 utrum videlicet Actor possit intentare hanc actionem, supposito ju-

O

ramento

ramento in transactione, non ignorabimur, constat namque ex relaxatione iuramenti jam per sententiam, tum etiam iuramentum non est vinculum iniquitatis ex *text. non est obligatorium de regulis juris in 6.* tum etiam, quia iuramentum assumit naturam illius actus, cui adjicitur *L. fin. ff. liberali causa L. fin. ff. qui satisficere cog. cap. quemadmodum de iure iurando L. sed si possessori §. item si iuraverit ff. de iure iurand. text. celebris in L. fin. Cod. non numerat pecunia Bald. in cap. cum omnes de const. col. pen. Tiraq. in L. si unquam Cod. revocand. donat. & cum iuramentum fuerit de observando contractu super conditionem de non nubendo extra voluntatem patris, quæ est contra bonos mores ut inferius dicemus, ideo iuramento firmari non potest, ut videre est in *Cov. 2. p. rubricæ de testamentis*, ubi dicit iuramentum de non revocando testamento, non efficeret validum tale testamentum, stat igitur quod iuramentum de quo licet non efficere validam transactionem, & dato quod sit validum, extat relaxatum, stat ergo iuramentum non impedire Actorem ad agendum.*

91 Jam nos vocat tertia quæstio utrum instituens maioratum, ve in testamento, ve per contractum inter vivos possit apponere conditionem, & gravare successores ne nubant absque voluntate patris, & si nupserint, perdant maioratum in qua quæstione prima facie videbatur dicendum testatorem ve contractantes disponendo de suis rebus posse opponere condiciones, quas voluerit ad libitum, quia unusquisque in re sua est legitimus moderator, & arbitrator *L. in mandata ff. mandat. L. 1. ff. deposit. L. sed si lege 25. cum vulgaribus ff. eodem Lambert. de jur. pat. lib. 1. p. 1. quæst. 9. n. 52. Otalara de nobilitate 2. p.*

princip. cap. 7. n. 26. Gutierrez. lib. 4. pract. quæst. 8. n. 2. Palaes de maioratu 1. p. quæst. 51. n. 2. Hoc tamen procedit dummodo conditiones appositæ non sint turpes ve contra bonos mores, quæ si tales sint rejiciuntur, remanet dispositio pura, materiam, & quæstionem disputant Doctores in *L. sed per totum ff. condit. & demonstrat. l. 1. per tot. ff. instit. sub conditione factis l. 1. §. quæ sub conditione ff. quando dies legat. cædat, & Doctores in in L. apud Julianum §. constat. ff. legat. 1. Guilhermus Benedictus in cap. Rainuntius versic. si absque liberis de testamentis Anton. Gom. 1. tom. cap. 12. n. 75. multos congerit Escob. de puritate sang. quæst. 4. §. 7. & cum conditio ut successores perdant maioratum si nupserint absque voluntate patris, sit impeditiva saltem concensus liberi, qui matrimonio de substantia requiruntur ex *text. in cap. Gema de Sponsalib. ita ut neque Ecclesia possit disconjungere absque libero concensu Cov. de Sponsalib. cap. 4. n. 3. & 4.* merito talis conditio ut pote contra bonos mores rejicitur manente pura dispositione *text. in L. cum tale §. arbitrato L. filie sue 28. ff. de condit. & demonstrat. L. turpia ff. legat. 2.* Sed quia mea opinione hæc non est nostra quæstio principalis, in ea non multum immorabimur. Constat namque institutorem non auferre successoribus liberam voluntatem nubendi, neque ita matrimonium impedivit quin relinquat successoribus libertatem ad nubendum absque patris voluntate, ut per aliam clausulam ostenditur, ut supra dixi, & cum una clausula per aliam declaretur ut ex *text. in L. fin. §. cum dulcia ff. tricio vinco, & oleo Legat. Escob. de purit. 2. p. quæst. 4. artic. 4. §. 1. idem multis adductis 2. p. quæst. 7. n. 28.**

§ 29. Meritò igitur poſſumus di-
 cere ſucceſſoribus non eſſe ſubla-
 tum liberum concenſum ad nuben-
 dum, dum per ſecundam clauſulam
 poſſint nubere abſque voluntate pa-
 tris, dum modo nubant in aug-
 mentum honoris, vel ſaltem ſine de-
 decore familiae, ibi, com tanto que
 „ caſe melhor, ou tambem como ſeu
 „ pay o podia caſar, naõ perderaõ
 „ por illo o morgado, & inferius
 aliam profert clauſulam, *ibi*, e ſen-
 „ do o caſamento de que notoria-
 „ mente a linhagem do que ſe caſa
 „ recebeſſe deſhonra, e detrimen-
 „ to, poſto que o pay, ou mãy
 „ lho naõ queiraõ tirar, &c. Ecce
 alia clauſula declarativa priorum per
 quam inſtitutor non impedivit li-
 beram voluntatem nubendi, quini-
 mo eam eis relinquit impediendo
 ſolummodo ut non nubant cum ja-
 ctura honoris, & cum macula in
 92 deſcendentibus, quam conditionem
 licite poſſunt inſtituentes ſucceſſo-
 ribus apponere *text. in L. Titio ge-
 nero §. Titio centum ff. condit. & de-
 monſtrat. text. ſic intelligendus in L.
 Titius 48. ff. adminiſtrat. & pericu-
 lo tut. Molin. de primog. lib. 3. cap.
 5. & 6. ex quibus Eſcob. de purita-
 te 1. p. queſt. 4. §. 7. n. 2. dicit
 poſſe inſtituentem fundare Cappel-
 laniam, vel maioratum cum clau-
 lula, ut ſucceſſores ſint puri abſ-
 que macula generis Judeorum, &
 maurorum, & hereticorum, & quia
 ut ſuperius dixi, hanc quaſtionem
 non puto, principalem non diſputo
 aliam quaſtionem utrum detar diffe-
 rentia inter amiſſionem lucri, vel im-
 poſitionem poenae, vel inter con-
 tractum, vel in teſtamento, aut in-
 ter legatum, vel fideicommiſſum, &
 inſtitutionem, quae videri poſſunt
 apud Palacium Rub. in repetitione
 cap. per veſtras §. 21. n. 1. Oldrad.
 conf. 16. quare totum conſiſtit in
 Pars III.*

alia quaſtione utrum videlicet ex
 matrimonio contracto per Domi-
 num Ferdinandum cum Domina Ca-
 therina à Sylva ſit tale, ut ex eo
 oriatur in familia familiae Caſtrorum
 & ex probationibus dependet vel
 excluſio, vel condemnatio Reae.

Ex quibus, primò advertendum 93
 eſt Ream ſolummodo intendere ex-
 cluſionem Actoris, quia deſcendens
 magni Eduardi Brandaõ, quem di-
 cit eſſe ex genere Judaeorum, quae
 eſt maior macula in familiis hujus
 Regni, ut eſt in confeſſo, & pro-
 batur ex omnibus teſtibus nam ex
 aliis deſcendentibus nullam macu-
 lam apponit, neque aponere po-
 teſt, oſtenditur non eſſe ex familia
 dos Noronhas, Mezes, Sylvas, Mel-
 los, Pereiras, et ex aliis nobiliori-
 bus hujus Regni, quare ſolum Rea
 agit de probanda impuritate in di-
 cto Eduardo, & Actor puritate de
 quo ſolum, & probationibus; in
 hoc particulari nobis agendum eſt,
 & ſi Rea impuritatem probaverit po-
 teſt victoriam canere, et hanc dicit
 probatam dupliciter. Primo, per fa-
 mam publicam. Secundò, per diſ-
 penſationes Petro, et Anes da Sylva,
 qui Avunculi erant matris ſuae; De-
 inde ex aliis praesumptionibus, quas
 advocatus particulariſando conume-
 rat in ſuis orationibus, dicit non fa-
 mam ſufficere ad probationem ma-
 culae, quia in antiquis probat Bald.
 in L. ſive poſſidetis n. 15. verſic.
 quaedam eſt praesumptio ff. probat
 Ph. eb. 1. p. deciſ. 39. n. 5. Gam. de-
 ciſ. 190. ubi multos refert, famam in 94
 antiquis facere probationem, ſaltem
 inducit malam fidem adducit Gloſam
 in L. atqui natura §. ſi cum me abſen-
 te verbo comittit. ff. negot. geſt. et cum
 agatur de re quae difficulter poteſt
 probari probationes minus legales
 admittuntur, et fidem faciunt.

Adducit in confirmationem nul-

los descendentes dicti Eduardi nunquam creatos fuisse Episcopos, Inquisitores, neque collegiales, neque habuisse dignitates solis puris competentes.

Adducitur tertio quod ad hoc ut dici posset dictum Ferdinandum non peiorari debebat ducere uxorem talem qualem duxit pater suos Dominus Laurentius Pires scilicet æqualem filie illustrissimi Ducis de Aveiro, quam ille duxit, alias novem conjecturas adducit doctissime advocatus in suis orationibus à numero 80. usque ad numerum 166. cum quibus concludit dictum Eduardum hæbræum esse, et jam adultum baptisatum, et per consequens denigratam familiam Castrorum, et Actorem ejus descendente amississe jus ad maiorum ex clausula institutionis quam licite positam esse diximus supra.

95 Quidquid tamen verum sit cum nos solum ex probationibus in actis debemus judicare, ex *text. in L. illitas §. veritas ff. officio Præsidis* mea opinione probatam non invenio impuritatem sanguinis Actoris ad cujus explanationem advertendum est quod multum pendet fides testium ab opinione, & arbitrio judicum ex *text. in L. 3. versic. tu magis ff. testibus Cov. præct. cap. 18. per totum*, quo supposito non video testes positivè dicentes Eduardum tritayum Actoris hæbræum esse, nec rationem dantes, et ratio, et causa quæ in testimoniis attendi debet ex *text. in L. cum hi §. ff. transact. l. 2. §. circa ff. doli except. Doctores Communiter in authentic. de testibus §. licet ibi*, aut causam testimonium &c. multas congerit *Escob. de puritate sanguinis 2. p. quæst. 7. de verbis injuriosis n. 78. Gom. lib. 2. variarum cap. 12. n. 104. Mascard. conclusionem 1376. n.*

1. *Escob. 1. p. quæst. 6. §. 4. de examine testium n. 13. cum sequentibus*, et cum testes deponentes de impuritate nullam rationem reddant dicti sui, non sunt credendi, neque fama publica de qua depununt mihi in contrarium evincit, nam fama solum non facit nisi simplenam probationem in forma *Ord. lib. 5. tit. 134.* et procedere debet ex persona in dignitate constituta, ut suadent verba dictæ *Ord. ibi: fama publica que proceda de pessa de authoridade digna de fé*; et cum testes deponentes de fama nullam aliam rationem dent ultra famam, eis fidem non darem in judicando fama non maior omnium malorum est juxta illud *Virgil. 4. Æneid. ibi.*

Fama malum, quo non velscius ullum.

Nobilitate crescit, viresque acquirit eundo.

Et doctissimus frater Frey Joaõ Marques in explicatione psalmi Super flumina Babilonis consideratione quarta, inquit temeritatem esse credere famam præcipuè ad judicandum per eam duo exempla sacrapagninæ adducit. Primum de illa fama Joseph quem fratres patri suo dixerunt mortuum per feras bestias, et quem pater ploravit, ita ut exploratione cæcus factus ecce inquit, fama publica, et orta ex fratribus personis de autoritate, et tamen de fide est falsum esse. Alterum de fama publica contra Joseph cum adulterinum pertensum contra Putifar, ecce altera fama publica orta ex muliere autoritate prædita pro qua fuit incarceratus, constat etiam de fide mendacium esse, quomodo ergo crederem testibus de fama deponentibus nullam aliam rationem dicti sui dantes, et quomodo in re tam gravi

per

per talem famam ſeu poſitive rumorẽ judicabimus. Neque contra hoc obſtat, quod honor nihil aliud eſt quam opinio mundi, et dato quod ſic ſit non eſt ſufficiens hæc opinio ad proferendam ſententiam licet ſit ſufficiens ad non aparentandum, quod faciunt ſcrupuloſi, neque etiam contra facit illud vulgare, quod malum ex quocumque defectu dicitur quod etiam fateor, ſed neceſſarium eſt probare malum, quod probatum non video, et abſque probatione juridica ſententiam proferre non audeo privando Actorem, et honore, et maioratu privare.

96 Magis urget probatio de ſumpta, & orta ex diſpenſationibus Petri, & Anes da Silva, & Ferdinandi de Lima Brandam, qui omnes ſunt de familia, & descendentes dicti Eduardi, & ex ea parte diſpenſati proponuntur ad obtinendum habitum ordinum, & Domini noſtri Jeſus Chriſti, & Divi Jacobi; nihilominus tamen meo iudicio non plene probat diſpenſatos eſſe ex genere Judæorum, quia non oſtenditur tales diſpenſationes ab eis petitas, neque Regem ad illorum inſtantiam eas petiſſe, neque titulo illarum habitum ſuſcipiſſe, ſi non ad titulum illarum habitum accepſſent debebant diſpenſationes eſſe in Chancellaria Ordinum, vel in archivo publico de Conventu de Thomar, qui eſt caput Ordinis Jeſus Chriſti vel in Conventu de Palmela caput Ordinis Divi Jacobi, ubi tales diſpenſationes cuſtodiantur. Nec me deterret illis verbis non inveniri, nam ex hoc probatur illos reſcripta furatos ex regula illud, quod non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe poterat non furtum fieri ab inimicis Actoris, quod Actori non debet imputari ultra quod alteri per alterum iniqua

conditio inferri non poteſt ſovent hanc conſiderationem querelæ Ferdinandi da Sylva pro avi Actoris viri quidem eruditiffimi de quibus fol. 388. & 389. cum ſequentibus querelante ſe de Epifcopo Domino Georgio de Araide inimico, de qua inimicitia conſtat fol. 278. & 290. & 298. quod non eſſet ſi diſpenſationes petitaſ fuiſſent à filiis Petri, & Anes da Sylva, ultra quod tales diſpenſationes non concludunt dictos eſſe notorie ex genere Judæorum, conſtat non petitas à Rege cujus lateri aſſiſtebat dictus Epifcopus, & non Rex petiſſet tales diſpenſationes credebile eſt quod ut de conſilio dicti inimici, qui non dicit dictos hebræos eſſe, ſed dubium quod mater eſſet de genere Judæorum, & dubium non probat dubium non diſtat ab ignorante ex *text. in L. fin. prope fin. Cod. furtis Gam. deciſ. 91.* & cum reſcriptum, & diſpenſatio dicat dubium eſſe, ut ex eo videre eſt verè ignorat, & qui ignorat nullam probationem facit, idem dicendum eſt de diſpenſatione Ferdinandi de Lima, & ſi inimicus dubitat de quo dici Seneca, Inimicus non quærit quid dicat, ſed quomodo dicat ſi dubitat quid facient cæteri, inimicitia non excæcat oculos prudentium diſcurſum fovet *Escob. de purit. queſt 9. de ſervandis à iudicibus num. 28.* cujus verba liceat hic tranſcribere *ibi* quæ omnia intelligenda ſunt de rebus merè dubiis in rigore in quibus iudices ſe verti debent in tutiorem partem, & in poſſidentis favorem ex dictis non vero indubiis, ſive opinionum oſopitarum, quia ſi utraque probabilis ſit poterit index quam voluerit ſequi & cætera. Alias conjecturas adducit doctus advocatus Rex, quibus omnibus reſpondetur ex parte Actoris in ſuis orationibus, quare non probata

bata ejus impuritate per famam, neque per dispensationes supponentes dubietates, quomodo possum servato ordine processus in habilitare eundem, & judicare exclusum ex institutione maioratus ego certe non audeo, accedit quod fere omnes testes testificantes affirmant patrem Actoris nupfisset cum Domina Catharina, ac si pater poterat visa qualitate nobilissima accendentium, quam denigrant Eduardus quartus non Avus vel sit Lusitanus, vel ex Anglia, quam opinionem videtur probare provisio Augustissimi Alphonsi quinti transcripta per quam ille invictissimus Rex fecit dictum Eduardum naturalem, & incolam hujus Regni quod necessarium non erat si esset Lusitanus in illo natus, & ex patribus Lusitanis ut asseritur ex contraria frustra non de novo conceditur, quod jure communi conceditur *L. unica de Thesauris lib. 10.* incola non dicitur, qui in aliam regionem domicilium contulit *text. in L. pupilus §. incola ff. verborum signif.* eleganter ut solet multis allegatis declarat *Cov. pract. cap. 37. n. 1. cum sequentib.* neque contrarium suadent verba rescripti, ibi: *No que tocar o mercadorias. e cousas suas a minha portagem, e quarto dos Ingleses* hæc verba non ostendunt eum Eduardum esse Lusitanum, quinimo magis arctatum privilegium, quia solum ad contenta voluit eum facere incolam, quod non esset necessarium si Lusitanus, quia non indigeret privilegio, sed omnem dubitationem videntur tollere verba sequentia privilegii, ibi: *O faço natural dos meus Reynos;* nam si in illo fuisset natus non indigeret naturalitate, quod est magis verosimile, & verosimilitudo inducit animos iudicium ad judicandum tam circa fidem testium, ut supra dictum est qua libris, & scripturis

Dec. cons. 68. n. 16. lib. 2. coli multos refert *Reynos. observat. 46. & 47. n. 16.* qui dicit liberos mercatorum fidem facere si verosimilia contineant, stat ergo Eduardum ex Anglia esse, & per consequens non hebræum, juvant hanc opinionem dicta testium ejusdem nationis, qui affirmant illud cognomen esse Anglorum cum quo excluditur divinatio ex contraria parte dicente, & divinate posse esse ex patris à disistente in baptismo, quod dicunt, & non probant, neque per conjecturas, quinimo pro dicto Eduardo pugnat duxisse filias cum nobilibus, & filium cum filia vice Comitis, si credimus libros generationum, & descendentes usque ad huc cum nobilioribus, quod credere non esset, si ille hebræus esset, quia illo tempore Lusitani magis apetebant honores, quam divitias ultra quod non est credibile Regem illum dedisse terras, & jurisdictiones hebræo, qui tunc temporis debebat esse notus omnibus, quod adhuc non videmus. Augetur, quod multi descendentes illius Eduardi habitos, & Comendas habuerunt absque dispensatione, etiam pater Ferdinandi de Lima multi alii hodie hoc honore fruuntur, quomodo ergo possumus dicere familiam Castrorum denigrationem pati notoriè ex tali conjunctione notorium est illud quod omnibus patet, & nulla patitur controvertiam *L. 2. ff. novi operis nunt. Phæb. 2. p. decis. 118. n. 2.* de quo multi sunt testes fide dignissimi, & dato quod sit Lusitanus, ut aliqui testes affirmant ex libris generationum, quod ego non credo nullus facit dictum Eduardum filium hebræi, quinimo eques honoratus, & patrem nobilem assignant & testes Rex nullum patrem hebræum neque nominant, neque me ab hac opinione diver-

tit illud, illa conſideratio videlicet potuiſſe patrem Actoris nubere ſicut frater ejus, qui duxit cum filia illuſtriſſimi Ducis de Aveiro, nam hæc conſideratio non probat recipiſſe familiam Caſtrorum notoriam denigrationem ex matrimonio patris cum Domina Catherina, licet fateatur melius nupſiſſe Dominum Laurentium, non ex hoc ſequitur denigratam familiam per alterum matrimonium ſaltem notorie. De episto- lis, & impoſita falſitate parvi facio, & ſic in ſubſtantia cum Domino ſuperiori convenio. Ulyſſipone 11. Aprilis 1648.

Affonſo Botelho.

99 In hac ardua controvertia, tam propter litigantiũ qualitatem, quàm propter materiæ gravitatem, non homines, ſed Angelos deſiderabam. Sed conſiderata judicium (quibus hæc cauſa à Rege noſtro invictiſſimo commiſſa exiſtit) qualitate, ſcientia, fortitudine, cæteris que animi dotibus, præfulgent, acquieſco; cum à literatis Senatoribus expertis judicibus conſtantibus juris aliquid juſtitie contrarium exiſtimari nequeat. Ego que illorum inferior præcedentium veſtigiis inhærendo, Deo Duce, & Deipara Virgine Maria, quid in cauſa ſentio exponere audeo.

Agitur de maioratus ſucceſſione à Domino Didaco de Caſtro, ejuſque conjuge Domina Elionora de Ataide Actoris tritaviſſi anni 1546. in cujus inſtitutione, aliquæ inveniuntur clauſulæ, ex quibus præſens diceptatio originem trahit, quia Rei prædictarum clauſularum prætextu Actorem excludere conantur, cum illis clauſulis differenti- bus, notorie admittendus foret, & ex Reorum confeſſione eſt namque filius Domini Ferdinandi de Caſtro, qui erat filius primogenitus Domini

Didaci de Caſtro Comitæ de Baſto, & hujus Regni Proregis, & quanvis Ferdinandus in vita parentis moreretur, Actor ejus filius repreſentationis beneficio, Ferdinandi parentis perſonam repreſentabat, tam ex ejuſdem inſtitutionis clauſula fol. 113. quam ex noſtræ *Legis Regiæ deciſione lib. 4. tit. 100. in principio*, & ſic filius ſecundo genitus Dominus Laurentius Pires de Caſtro, nepoti, filio Domini Ferdinandi primogeniti non erat præferendus ex dicta inſtitutione, e *Ord. dicto tit. 100.*

Hoc in factò ſuppoſito accedamus ad clauſulas.

Prima clauſula invenitur fol. 100 1169. & ita habet: *Naõ ſuccedera neſte morgado mulher alguma que errar em ſeu corpo, ou cazar ſem conſentimento de ſeu pay, ou mãy, ou avòs debaixo de cuja adminiſtração eſtiver, e cazando a filha, ou ainda que ſeja filho varaõ a que eſte morgado houver de vir ſem licença de ſeu pay ou de ſua mãy, quando pay naõ tiverem, que o dito pay ou mãy lbe poſſaõ tirar a adminiſtração, e dala a outros filhos.*

Ex hac clauſula duæ inſurgunt quæſtiones. Prima utrum Dominus Ferdinandus ex matrimonio contracto cum Domina Catherina da Sylva, abſque parentis conſenſu, & licentia maioratu privari poſſit, & utrum hæc conditio tanquam libertati matrimonii directè rejicienda veniat. Secunda utrum ſuppoſita conditionis prædictæ validitate, pœna privationis maioratus, & ad filios nubentes abſque parentis conſenſu, & licentia extendat, vel tantummodo ipſum nubentem comprehendat?

Circa primam quæſtionem lata manu primus doctiſſimus Dominus materiam per tractavit, ut nihil di-
cendum